



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio I. De beneficiis residentiam postulantibus & causis ab illa
excusantibus, ac pœna non residentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

servant, omnino amittunt Canonis & sui privilegium, ut hæc, si postmodum conditiones à jure, & Tridentino conscriptas observare incipiant, non recupe-

rentur, cum eo tempore, quo conditiones hi tales non observabant, privilegia illa suspensa tantum fuerint, & nulli fuerint usui.

TITVLVS IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLBSIA VEL PRÆBENDA.

SECTIO I.

De beneficiis residentiam postulantibus, & causis ab illa excusantibus, ac pœna non residentium.

§. I.

An omnia beneficia personalem residentiam, sive assiduum beneficiarii presentiam requirant?

Residere in loco beneficii, hoc loco aliud non est, quam commorari continuò ferè & assidue in loco beneficii, servitii, seu obsequii Ecclesiastici, personaliter præstandi causâ: Ad hanc personalem residentiam non tantum omnes illi obligantur, qui beneficia obuent, quibus cura animarum annexa est, c. Quia nonnulli 3. h. t. sive deinde in titulum, sive in commendam perpetuam obtineant, neque enim gregi suo satis invigilare censetur, qui personaliter ab illo absens, alii, seu mercenario, id committit, ut ait Tridentinum Sess. 6. c. 1. De refor. & Sess. 23 c. 1. De refor. præter Compend. Perbing.

tim cum sit electa industria personæ in talibus beneficiis, sed Canonici etiam, aut aliter præbendati in suis Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, c. Cum ad hoc 9. h. t. & Trident Sess 24. c. 12. de refor. (Si enim beneficium datur propter officium, ut certissimum juris axioma est. c. ult. de rescript. in 6. consequenter, qui nullum officii Ecclesiæ præstat, non est dignus beneficio in illa Ecclesia obtinendo) quin imò, spectato jure communi Canonico, probabilior sententia est, quòd omnia beneficia Ecclesiastica, quamvis simplicia sint, & modica ac tenuia, ad residentiam personalem obligent, prout colligitur ex cit. c. 3. h. t. & ex c. Conquerente 6. eodem. Si enim propter stipendium metè temporale, personale servitium sæpè exigatur, cur hoc ipsum non essetatur pro beneficiis spiritualibus, in cultum DEI, & Sanctorum omnium institutis?

§* * §

Hhh

§. II.

§. II.

*Utrum jure Divino, an humano
solùm, Episcopi, alique inferiores
curati teneantur ad residentiam
personalem?*

Vetior & communior sententia est, tam Theologorum, quam Canonistarum, quòd hi tales non solùm præcepto Ecclesiastico, sed etiam Divino, per se obligentur ad residentiam personalem, in suis Ecclesiis, prout probari potest ex *Trident. sess. 23 c. 1. De refor.* & ex alata priorè §. ratione, ita ut non possit curatus per se gregem suum deserere, propter aliquod commodum tantùm temporale, aut devitandum periculum, nisi per alium æquè, & fortassis magis idoneum Vicarium salutis spirituali ovium sufficienter provideri possit, quo in casu consideratis variis circumstantiis Divini præcepti obligatio cessat, & sola manet juris positivi humani obligatio, in qua Papa dispensare potest, & sæpiùs solet.

§. III.

*Utrum per consuetudinem induci
possit, ut Prælati, alique Clerici non te-
neantur personaliter residere in Ecclesiis,
sive beneficiis curatis, vel non cura-
tis, aut simplicibus?*

UT Rector Ecclesiæ curatæ, nec per se ipsum, nec per idoneum Vicarium resideat in sua Ecclesia, nullâ consuetudine, nec quidem immemoriali induci potest: quia talis consuetudo est irrationabilis, divino præcepto contraria. Et quamvis plures doceant, quòd nulla etiam consuetudo valeat, quâ eximatur Parochus à personali residentia, & ut

possit per Vicarium deservire (sive Ecclesiæ, probabilis tamen est contraria sententia, si per Vicarium (sive personam hic sit, sive temporalis, & ad hoc tum amovibilis) pastorale officium exerceatur, ut nullum damnum patiantur oves commissæ. In dignitatibus, & Canoniciatibus, & Beneficiis Cathedralium & Collegiarum per consuetudinem introduci potest, nec per Vicarium resideatur, & fructus tamen percipiuntur, dummodo ob hanc absentiam cultus Divinus per paucitatem presentium non interrumpatur; prout sumitur ex c. *Cum omnia* junctâ *Glossâ final. de Constit. Quæ* Tridentinum hujusmodi consuetudinem inserviendi per substitutum, & ut fructus percipiendi videatur haberi. *Sess. 24. c. 12. §. Præterea. De res. & c.* clusa tamen non est per hanc prædictam consuetudinem immemorialis, & prædicta docet in multis, præsertim Germaniæ nostræ partibus, hoc Tridentinæ doctrinæ receptum non esse. Certum est, quod si in Titulum beneficia illa concessa sunt, & fructus eorum beneficiorum percipiuntur. Cum enim ad residendum obligentur tantùm ex præcepto humano positivo, huic autem per consuetudinem legitimam derogari possit, consequenter possunt per consuetudinem contrariam deobligari ad residendum per se, modo aliæ illorum obligationes, & fructus divinus per talem absentiam non interrumpatur.

§. IV.

An ad breve & modicum tempus,
Episcopi, vel Parochi ab Ecclesijs suis
licite abesse possint?

Rsp. affirmativè, ita ut Episcopi ad duos vel tres menses continuè, vel interceptè, quorannis abesse possint, absque alia petita licentia, modò ex æqua causa (etiam recreationis gratiâ) id fiat, & absque gravi periculo commissarum ovium, Parochi verò, aliquæ curam animarum habentes, bimestri quidem tempore singulis annis abesse possunt, non tamen ultra duos menses, nisi causa hujus diuturnioris absentia ab Episcopo prius cognita, & approbata fuerit, ac data in scriptis, gratiisque concessa licentia, ac substituto Vicario idoneo, ut nihil patiantur oves. Prout statutum habetur in Trident. Sess. 23. c. 2. de reformat. Et quamvis probabile sit, quòd pro absentia per duos menses à suis Ecclesijs non indigeant Parochi licentiâ speciali ab Episcopo impetratâ, cum illi, qui tam brevi tempore tantùm absunt, non abesse de jure videantur; & sicuti Episcoporum conscientijs relinquitur, brevis hæc absentia, ita etiam Parochorum conscientijs hæc absentia relicta videatur: Contraria tamen sententia, quòd ad hanc etiam duorum mensium absentiam indigeant Parochi licentiâ Episcopi, verior videtur & conformior Tridentino, quòd ad longiorem quidem absentiam, in scriptis obtentam Episcopi licentiam requirere videtur, ad brevem tamen duorum mensium absentiam sufficere putat licentiam Episcopi, vivâ tantùm voce, sine scriptis obtentam; ad brevioris ta-

men temporis absentiam, cum mox rediturus sit ad Ecclesiam suam Parochus, Episcopi licentiam non requiri, certum videtur; consulantur tamen hac in re, & observentur statuta particularia Diocesis, vel recepta earum praxis.

§. V.

De Causis à continua residentia
excusantibus.

Quatuor enumerantur à Trident. Sess. 23. c. 1. de reform. Christiana videlicet charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesie, vel Reipublice utilitas. Ad primam causam revocatur absentia, quæ fit ad succurrendum causæ spirituali, salutis proximorum &c. Ad secundam causam revocatur absentia, quæ fit ob incurSIONES hostium, ob bellum, ob æris intemperiem, grassantem pestem, Corporis infirmitatem, si in loco Parochie curari non possit &c. Ad tertiam revocatur absentia, quæ fit, ut mandato Pontificis, aliò vocantis, aut mittentis, vel in servitio suo aut sua curia occupantis pateatur, quæ fit, ut mandato proprii Episcopi obediat, in auxilium aut necessarium servitium evocantis (quæ postrema causa potissimum locuta habet circa Canonicos Cathedralis Ecclesie, quorum duos aut plures, cum Capituli tamen consensu, si Episcopus in suis obsequijs occupatos habeat, ob publicum bonum, pro presentibus haberi debere, in ordine ad fructus sui beneficii obtinendos, decidit Pontifex in c. de Casero &c. ad audientiam 15. b. r.) Ad quartam denique causam revocatur absentia, quæ fit à Curato v. g. pro magno commodo Ecclesie suæ

suz super juribus Ecclesie suz componendis, Studiorum causâ &c. de quo ul timo tamen fit.

§. VI.

An & qua ratione Clerici possint abesse à suis Ecclesijs, vel beneficijs, ob causam studiorum.

Quod Beneficiati, etiam Curati, possunt quinque annis in Universitate aliqua Theologiae, vel Juri Canonico studere, & quamdiu voluerint docere, & tamen reditus suorum beneficiorum in absentia percipere, habetur in *c. final. de Magistris*, intimando quidem hoc, ut Vicarius idoneus substituatur, Episcopo, non tamen ab eo petendo licentiam, cum de jure communi hæc absentia concedatur. Verum in *c. Cum ex eo 34. de elect. in 6.* conceditur Episcopis, ut dispensare possint cum obinentibus Ecclesijs Parochiales, ad septennium, studiorum causâ abesse in quacunque facultate conveniente: & quamvis multi putent, hodie post Tridentinum *Sess. 23. c. 1. de reforma.* licentiam hanc ab Episcopis non posse concedi illis, qui Parochiales Ecclesias obtinent, certum tamen est, quod Canonicis concedi debeat, si minores sint 30. annis, & status Ecclesie per eorum absentiam non patiatur, prout declaravit Congregatio Concilij apud Garziam. Hoc tamen privilegio non gaudent, qui in privatis tantum villis, aut Castellis, alijsve similibus locis, ubi congruum studiorum exercitium non est, morantur, uti habetur in *c. Tua 12. h. 1.* Cum videantur in fraudem hi agere, prætexentes quidem studia, alia tamen querentes,

§. VII.

De alijs quibusdam Causis, de quibus dubitatur, an exonerentur à residentia?

Dubitatur primò an justa causa non residendi, si versetur Episcopus in curia Romana? & posse quidem tunc tunc Episcopo tali, cujus in curia Romana necessaria est opera, absentiam licentiam, cum bonum universali Ecclesie præferri debeat particulari Ecclesie, solus tamen titulus Cardinalatus, Episcopatus, &c. si alij non detur. Summum Pontificem consilio & pro totius Ecclesie bono jurare non excusat tales à personali residentia in suis Ecclesijs, & suis Titulis, nisi si tam SS. Canones, quam Titulini jura docent, quia hoc modo universalis Ecclesie bono consulitur, non negligatur particularis Ecclesie necessitas. Dubitatur secundò, an sufficiens causa sit, ut possit ultra duos menses ab Episcopo sua Parochiali abesse Parochus, Vicarius, aut Vicarij generalis, vel alij, in Curia suæ Diocesis v. g. ab Episcopo illi demandatum officium? & permissivè (cum jus antiquum, cuius causa ad permittendam hanc absentiam requiritur, correctum Tridentino non sit) ita ut cum licentiam non habent, si alij idonei facile haberi possunt, non debent Parochi à suis Ecclesijs in ordine ad talia officia abstrahi, & etiam Diocesi ob tales causas abesse, si Parochus à sua Ecclesia Parochiali modò per substitutum curæ privatus

§. IX.

Quomodo intelligendum sit juramentum prestitum de continua, aut perpetua residentia?

Deciditur hæc quæstio in c. Ex parte 13. h. r. ubi dicitur licitè eum abesse ab Ecclesia sua posse, qui juravit reside- re se semper in Ecclesia sua velle, si non in fraudem, sed ad jura Ecclesiæ suæ defendenda v. g. postmodum abesse debet, cum hic talis pro residente haberi de- beat, ut ait Pontifex in relat. c. & jura- mentum secundùm limites materiæ sub- jectæ, & juris communis intelligi debeat, (nisi speciali statuto juri communi adda- tur aliquid) cum ergo jus ob plures cau- sas absentiam permittat illis, qui resi- dere tenentur, consequenter in ordine ad talem absentiam juramentum non obstat.

§. X.

Qua pœna jure antiquo Canonico decreta sint in beneficiarios non residentes?

Plures diversas pœnas statuit anti- quum jus Canonicum in diversis Ca- pitulis hujus Tituli, quia tamen hodie circa pœnas tales plerùmque Tridenti- num observatur; si tamen quoad pœnas in aliquo loco Tridentinum receptum sit; hinc apud Auctorem Method. tam hoc §. de pœnis juris antiqui, quàm se- quenti §. II. de pœnis à Tridentino sta- tutis, plurima legi possunt. Uti & quæ §. 12. ait de transitu Episcopi ad alium Episcopatum, aut Clerici ad aliam Dice- cesin, de quibus materiis alibi agitur.

Hhh 3 SECTIO

Dubitatur tertio, de aliis quibusdam causis, an non pro concedenda absentia sufficientes sint. R. Determinari in specie omnes non posse, sed in casu contingente, iudicio ordinarii determinan- dum esse, quorum iudicio causarum talium cognitio, spectatis variis circum- stantiis, permittitur.

§. VIII.

Quis possit dare facultatem non re- sidenti, sive ab Ecclesia, aut loco beneficii discedendi?

In genere ad hanc quæstionem responde- ri potest, eum posse dare non residen- di licentiam, qui residendi necessitatem imponit (ejusdem enim est solvere, cuius est ligare) & hinc, quantum à jure Canonico obligantur aliqui ad residen- dum, à solo Papa, qui potestatem habet supra jus Canonicum, ab obligatione re- sidenti, etiam sine alia causa validè ab- solvi possunt, & ab Episcopis, aut aliis si- milibus Prælati ordinariæ jurisdic- tionem habentibus, in quantum à Pontifi- ce ex justa causa dispensandi facultatem cum Clericis sibi subiectis habent; si verò à Synodali statuto obligentur aliqui ad personalem residentiam, cum illis ex causa justa dispensare poterit ad non resi- dendum Episcopus, cui talium statuto- rum Synodali obligatio, aut solutio subest, vel Capitulum Cathedrale, va- cante Sede. Imò si residendi necessita- tem imposuit Capitulum, potest hoc ipsum etiam in tali obligatione dispensa- re, vivente etiam Episcopo.

¶ (o) 56